

dulcia, amara, salsa.

Potus. Conuenit vinum dilutum aqua graminis aut petroselini; ptisana.

Exercitium sit mediocre, balneo vtatur hiemali tempore, atque frictionibus.

Somnus sit moderatus.

Excrementa alii arte aut natura respondeant indies.

Animi perturbationes quæ spiritus inflammare possunt, evitentur; quæ autem oblectare possunt admittantur.

#### PRAEPARANTIBVS.

Syr. violarum, endiuiae, limonum.

Rosarum, acetosæ, granatorum.

De cichorco cum rhabarbaro.

Aqua acetosæ, cichorei, endiuiae, solani, lactucæ, plantaginis.

Syrup. de duabus & quinque radicibus, oxymel simplex.

Syr. de eupatorio, de absinthio, syr. de cichoreo cum rhabarbaro.

Mel rosatum, syr. Byzantinus.

Aqua eupatoriæ, lupulorum, cuscuteæ, asparagi, fœniculi, cichorei, endiuiae, raphani, rufi.

Decoctum radicum angelice, gentianæ, rubiae tintorum, asparagi, apij, asari, fœniculi, aristolochiæ, fumarie, adianthi, serpylli, hypericonis, calamintæ, chamaephytos, acetosæ, rorismari, prasij, endiuiae, cichorei, cinnamomi, sacchari.

Quoniam plerumque bili permisceri solent humores pituitosi crassique, aperientia detergentiæque insigniter hinc locum habent, pérque interuersa viis vtemur; continuò enim absque noxia non feruntur. Prioribus autem solum locus erit, cùm solummodo à calidis fieri humoribus augurabimur malum, id quod in purgantium materia etiam obseruabitur: posterioribus, cùm frigidi permisti erunt.

VACVANZ